

pressum, ab antico visum fere linguaeformem surgente; hemielytris medio dilatatis, fasciis angustis albis signatis, impresso-punctatis, corio apice incrassato et basi cunei altiore, cuneo horisontali; tibiis submuticis, sat crassis, anticis apicem versus sensim incrassatis, posticis nonnihil compressis; tarsis posticis articulo primo brevi, tertio duobus primis simul sumtis fere aequae longo.

Primo intuitu generi *Pilophorus* Hahn similis, structura capitinis, antennarum, pronoti, scutelli et hemielytrorum puncturaque impressa mox distinguendus; a *Laurinia* Ferr. et Reut. structura pronoti divergens. Caput latitudine cum oculis aequae longum, infra oculos sat longe productum, vertice levissime, fronte fortiter declive, clypeo leviter prominulo, basi depressa cum fronte confluente, genis humilibus, loris bene discretis versus insertionem antennarum vergentibus, angulo faciali recto, gula brevi. Oculi sat prominentes, orbitis sinuatis, postice supra angulos pronoti haud incumbentes. Rostrum coxas posticas attingens, articulo primo basin capitinis paullo superante. Antennae paullo supra apicem oculorum interne insertae, articulo primo apicem clypei paullo superante, ultimis duobus simul sumtis secundo brevioribus. Pronotum fortiter convexo-declive, impresso-punctatum, utrinque prope angulos basales impressum, margine basali medio truncato, utrinque ad impressionem late et breviter sinuato. Scutellum jam superne descriptum. Hemielytra cum membrana tota fortiter nitida. Xyphus prosterni triangularis, plainus. Tibiae posticae subrectae. Ungyiculi arcuati, basi leviter ampliati, aroliis tenuissimis vix distinguendis.

### *Glossopeltis Coutierei* n. sp.

Tab. I, fig. 3.

Fuscus vel picescenti-cinnamomeus, basi et apice articuli primi basique articuli tertii antennarum, fasciis duabus angustis corii, cuneo basin versus, orificiis metastethii, coxis posterioribus, femoribus apice anguste, posterioribus etiam basi, tibiis apice magis minusve late, interdum etiam linea